magis cautum sit huius sententia sua declarationem Regi in scripto exhiberunt quam et Rex acceptauit, et approbauit. Alioqui enim ueredum fuit ne si ex Catholicis forte quis ad aduersarios deficeret, aduersarios mox haberet in suam tutelam essent recepturi, nec punituri et contra talem deserentem ad priuationem aliasq; penas p ordinarias potestates pcederetur

Collocutores et Adiuncti utriusq; religionis esse debent timentes Deum, doti et prudentes, uiuarum litterarum periti, pacis studiosi, et ad concordiam pclinatis. Ex quibus duo tantum de cuiuslibet uidelicet partis Colloquentibus uel Adiunctis tantum deligetur, qui pro omnibus alijs sua partis Colloquentibus et Adiunctis loquetur, sed nec alij phiberi debent, quin finito Colloquio ipsi quoq; permittentibus Praesidente et Assessoribus, si quid pro maiore dictorum declarationem addendum uidebitur addere et pfqui possint. Ac proinde Praesidens finito sermone Collocutoris, alias Colloquentes alloqui potest, et si cui ipsis dictis addere aliqua libeat ea pponere possit.

Adiunctorum officium erit, ut Colloquentes tanq; auscultatores et testes intersint, nec alijs sese intromittant.

Notarij psone esse debeant ad scribendum et excipiendum ea quae in Colloquio pponent, pferent et agent ydonea sed etiam rerum quae per eos scribent et excipient, et in primis uerborum Theologicorum, et significationis eorum perita, sed et eius industria, et diligentia esse debent, et omnia quae in Colloquio per Colloquentes utriusq; partis proponentur, et proferentur, quantum fieri potest, et propositarum rerum qualitas exiget, fideliter in sua Prothocola et acta Colloquij referant, et post singulas collationes in praesentia Praesidentis et Assessorum, aliorumq; ad Colloquium

deputatorum, cum omni diligentia tollata, in cistam ceris et clauibus communitam, imponant, nihilq; eorum in sua potestate reseruent sed et prothocolorum suorum quatuor cóformia exempla facient, et in locis secretis ad hoc per Praesidentem deputatis in mundú redigent et ingrossabunt, quorumq; chirrographis subscripta, et in autenticam formam redacta in cistam pradictá custodicda reponent. De quibus tempore relationis Statibus faciende Cesareae uel Regiae Maiestati exemplar unum, statibus Catholicis unum Confessionistis unum dabitur, et unum apud Acta Imperij Cancellaria Moguntinésis diligenter custoditur.

In casu uero, quo ex utriusq; partis Notarijs unus aut alter cesserit, aut decesserit, in potestate et arbitrio eius partis erit, cuius Notarius pradicto modo cedet uel decedet alium in absentis uel abfuturi locum surrogari, aut uno Notario contentum esse, Et ut supra scripta omnia in secreto diligenter custodiant, et obseruent, eaq; quae eorum fidei concredita fuerint in secreto retineant atq; custodiant

Ad hac omnia et singula seruanda et custodienda corporali Juramento astringi debeant, Sed nec cuiq; alij nodum Notarijs pmissum esse debet ea quae in Colloquio agent in scripta referre, aut de prothocollis, alijs q; quae publice proferentur quicq; extrahere, At Colloquentibus et eorum Adiundis, non denegabitur, allegata argumenta summatim in memorioli aliquo pro memoria informatione sui et cómuni deliberatione consignari.

Illud postremo constitutum, et ordinatum est, ut queq; pars tam Catholicorú q; Confessionistarum suas ad Colloquium deputatas personas per tempus, quo Colloquium durabit, suis sumptibus sustentet ac laborantes honorario